



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Notitia Congregationum Et Tribunalium Curiae Romanæ

Plettenberg, Hunold

Hildesii, 1693

De Custode Carcerum S. Officii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63032](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63032)

De Custode Carcerum S. Officii.

24. Ad hoc munus eligi debet ab Inquisitoribus vir probus, & diligens, quia improbi custodiri magis debent, quam alios custodire. *Simancha de Cathol. institutis*, 41. n. 6.

25. Juramentum præstare debet I. In custodia Immutatorum & aliorum pro hæresi omnem se diligentiam, quam poterit, adhibiturum. II. Ne quis in secreto incarcerato loquatur. III. Nullam se facturum fraudem in his, quæ Incarcerato mittuntur.

26. Habet præterea hoc Tribunal Nuncios suos & cursores, quibus à S. Congregatione universalis inquisitionis stipendia constituta sunt.

§. 6.

De Tribunali Universalis
Inquisitionis.

I.

CUM sub initium sæculi decimi quinti Lutherana hæresis totam ferè Germaniam infecisset, & aliquas etiam Italiae